

**9018** Honor[ati].<sup>1</sup> | A. Vitellio Pap. Felici Honorato | eq. R., | f. a.<sup>2</sup> at vehicula per Flaminiam | [f.] a.<sup>3</sup> trans Padum et partem Norici, f. a.<sup>2</sup> at fusa<sup>4</sup> per Numidiam, | f. a. at patrimonium Karthag., | p. p.<sup>5</sup> agenti per Campaniam Calabriam Lucaniam Picenum, anno[n]am curanti<sup>6</sup> militibus Aug. n., sa[cer]doti Lanuvino<sup>7</sup>, pro libertate publica<sup>8</sup> voluntaria (*sic!*) et gratu[ita] legatione functo, ob merita | et obsequia eius in patriam et | in cives amorem, resp. col. Lic.<sup>9</sup> | Thugg. d. d. p. p.

*Thuggae rep. (VIII S. 26582 vidi ectypum et lapidem; L. Poinsot nouv. archiv. des miss. scientif. 18, 1909 p. 146, 75). — 1) Scriptum in plintho basis. — 2) Fisci advocate. — 3) et, quod expectaveris, lapis vix admittit. Nihilominus etiam in Transpadana et Norico Honoratus rem vehiculariam tuitus esse putandus est. (In re vehicularia regionem Transpadanam et partem Norici cum Flaminia coniunctam esse non est mirum.) — 4) Munus ignotum. Fusa fortasse praedia Caesaris sparsa per Numidiam. — 5) Praeposito. Cf. supra N. 2768, 2769. — 6) Cf. supra N. 2765, 8879. — 7) Cf. supra N. 5014, 5015. — 8) Cf. supra N. 6796. — 9) Lic. litterae erasae, sed tamen leguntur. Thugga Licinia dicta etiam supra N. 541. Apparet titulum positum esse imperante Gallieno.*

---

**9019** M. Antoni. | M. f. Fabia | Fabiano proc. | XL Galliarum | et portus, item | argentariar. | Pannonicar., | c.<sup>1</sup> portori Illyrici, | patrono bono, | Mercator lib.

*Prope Viminacium (Kostolac) rep. (Vulic oesterr. Jahreshefte 8, 1905 Beibl. p. 3). — 1) Conductori (*sic, recte ut videtur, Vulic*, qui lectionem certam esse, lapide denuo inspecto, adfirmat).*

---

**9020** Nepotiano<sup>1</sup> e. v. | proc. sexagenario | ab actis<sup>2</sup>, | proc. centenario | primae cathedrae<sup>3</sup>, | ordo Siccensium | civi et condecorioni | d. d. p. p.

*Siccae Veneriae (Hirschfeld act. acad. Berol. 1905 p. 945 acceptam a Villefossio). Gemellus videtur, certe una cum hoc positus, titulus Victoris centurionis infra N. 9192. — 1) De Ianuario Nepotiano breviatore Valerii Maximi cogitavit Hirschfeld. — 2) Cf. supra N. 1410, 1687, 1688; Hirschfeld l. c. — 3) Significari cathedram rhetorices in urbe Roma putat Hirschfeld.*

---

**9021** d. m. | M. Aurel. Thallus proc. | sacrar. cognit.<sup>1</sup> sibi et filiis libb. q. fecit. | Brecetiorum<sup>2</sup>.

*Rome (Notizie degli scavi 1898 p. 164). — 1) Cf. Hirschfeld Verw.-Beamte (ed. 2) p. 330. — 2) Signum ut videtur Thalli et filiorum.*

---

**9022** M oribus hic simplex situs | est Titus Aelius Faustus, |

a nnis in lucem duode|triginta moratus, |

c ui dederant pinguem | populis praebere liquorem<sup>1</sup> |

A ntoninus, item Commodus | simul induperantes<sup>2</sup>. |

5 R ara viro vita et species, | rarissima fama. |

[I] nvidia sed rapuit semper | Fortuna probatos. |